

Nos Albertus dei gracia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus recognoscimus | et tam presentis quam futuri evi Christi fidelibus cupimus esse notum, quod recordantes serviciorum discretorum virorum civium Vribergensium nostro patri karissimo Heinrico quondam | Misnensi marchioni principi illustri fideliter inpensorum, verum nobis non solum in vita nostri patris exhibitorum, set ipso defuncto in eisdem civibus conpertorum, eadem, ut dignum est, dignis cupientes meritis repensare, omnibus civibus Vribergensibus pro jure communi concedimus et speciali gracia perhenniter elargimur, ut hinc et inde negociantes, dummodo in ipsa civitate residenciam faciant corporalem, ab omni thelonio sint liberi et exempti, hoc ipsum jus liberalitatis in omnes ejusdem civitatis incolas transferentes a nobis et a nostris successoribus observatum et inviolabiliter sine omni calumpnia conservandum. Super quo pro majori roboris caucione nostram patentem litteram inde confectam jussimus nostri sigilli appensionis robore gratuite communiri. Hujus rei et libertatis concesse testes sunt nobilis vir comes Fridericus de Rabenswalt, Hermannus de Miela, Guntherus de Slatheim, Albertus de Brandenberch, Heinemannus de Hain, Conradus pincerna de Varila et Mathias curie nostre notarius. Datum Zwenkowe anno domini m° cc nonagesimo primo in vigilia beati Bartholomei.

(SFR.)

44.

*Markgraf Friedrich der Freidige ertheilt den Bürgern der Stadt Freiberg Zoll- und Geleitsfreiheit.* 20  
Freiberg, 1291 Aug. 27.

*Hilschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 7. Das Reitersiegel an Fäden von grüner, gelber und rother Seide.*  
*Gedr.: Müller Theatr. Freiberg. Chron. 1,169 (unvollständig). Horn Nitzl. Samml. zu einer histor. Handbibl. 739.*  
*Schöttgen und Kreysig Diplom. Nachlese 5,161.*

In nomine domini amen. Fridericus dei gracia Misnensis et Orientalis marchio ac palatinus comes Saxonie universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, | salutem in eo, qui est omnium salus. Ne illa, que fiunt in tempore, labantur cum tempore, consuetum est ea litterarum apicibus commendari, ut memoriis | hominum diligencius coaptentur. Hinc est quod nos propter gratuita et remuneracione digna dilectorum civium nostrorum in Vriberch merita ipsis ac dicte | civitati paterna sollicitudine cupimus providere volentes omnes et singulos dicti opidi cives jura consue- 25  
ta persolventes in exactionibus vigiliis ac juribus aliis dicte civitatis educendo aut inducendo ab omni ducatu thelonio et thelonci exactione, de quibuscumque terminis pervenerint aut ad quascumque partes se direxerint, de bona et libera nostra voluntate ex nunc et in perpetuum esse sincere liberos et solutos, nolentes jam dictos cives nostros ab aliquo seu ab 35  
aliquibus, qui nostrum conduxerit aut conduxerint thelonium et ducatum, quicumque inducere aut educere decreverint, ausu temerario aliquialiter pregravari. Quicumque vero huic concessioni donacioni relaxacioni et nostre permissioni maliciose in prejudicium dicte civitatis aut civium nostrorum se opposuerit, indignacionem nostram ac omnium heredum